


INSCRIPTION PTIO SEPULCHRALIS.



BEROLINI, Literis SCHLECHTIGERIANIS. 1703. U

310



Sistefis, Viator gradum
ad hunctumulū aut verius cathedram mortis,
Et si gradum affectas Doctoris
Veræ non simulatæ Philosophiæ,
Lege Thefes has subfequas
Immotæ ac perpetuæ veritatis.
Vita mortalium Syllogismus est,
Et præmisfis & conclusione constans :
Quales præmisfæ talis & conclusio,
Si præmisfæ absurdæ absurda erit & con-
clusio.

Audi porro
Diçtum de Omni :
Omnes homines moriuntur.
Universalis hæc est propositio & affirmans,
Quæ

Quæ nec instantiam patitur
Nec limitationem nec exceptionem.

Audi & hoc:

Dantur & syllogismi imperfecti,
Datur & reductio ad primam figuram

Quæ sola perfecta est

Et ad modum BARBARA.

Has theses novo more præmittere placuit

Viator,

Ut ex iisdem veterem moriendi morem
addiscas.

Nunc ad hypothesin

Occasione mortis MATRONÆ.

Cui nomen erat

Et **ANNA & BARBARA**

nata **PRASLERIA.**

Conjux eheu! desideratissima

Viri præNobilissimi & Consultissimi

Domini

ELIÆ ERNESTI CANNGIESSERI,

Potentissimi Regis Prusæ

FRIDERICI

Consiliarii aulici meritissimi.

Vita

Vita nempe hujus Matronæ erat Syllo-
gismus,
Cujus præmissæ omnino bonæ & rectæ,
Recta & erecta indoles
Recti & lecti mores
Recta educatio
Rectus de Deo sensus,
Rectus in Deum cultus,
Rectus amor
in Maritum, in Sobolem, in proximum,
Recta regendi se & familiam ratio.
BARBARA tamen hæc argumentum erat
imperfectum.

Et hinc reducendum ad primam figuram
Id est perfectam.

Reductio hæc facta morte placidâ & beata
In amoremq; fide in JESUM Christum.
Obiit die trigesimo mensis Augusti MDCCIII
Anno ætatis quinquagesimo septimo,
Eopse anno quo barbara Bellona barbara
bella usq; ciet.

Abi hinc Viator

Et dictum hoc de omni :

TERRA ES ET IN TERRAM REVERTERIS,

Et de Te dictum puta.

Illicet !

fecit manu festinâ
Christiauus Biccus,
Civ. Hall. Syndicus,

Siccine tam subitò

FELICITAS mortalium summa fit INFELICITAS?

O mirandam Metamorphosin!

Siccine tam inopinatò

AUGUSTISSIMA rerum Sors existit ANGUS-
TISSIMA?

O! mirandam Catastrophen!

Vah!

Tam inconstanti FELICITAS nostra appa-
ret vultu,

Ut mox matris, mox novercæ gestus imitetur,

Cum tantùm CONSTANS in LEVITATE suâ sit:

Hinc lacrymæ! Hinc suspîria!

Veritatem hujus EFFATI FATI loquitur MA-
CROCOSMUS,

nam OMNIA,

Quæ MUNDUS minimè MUNDUS ostendit,

Sunt SOMNIA;

Apodicticam theseos conclusionem appro-
bat MICROCOSMUS,

Quid enim homo?

Sepulchrum vivum est,

B

Bu-

Bustum animatum est,
Monumentum vocale est.

Quid homo?

Hodie Cræsus, cras Irus,
Hodie aliquid, cras pulvis, cinis, umbra,
imó nihil.

O INFELIX hominum FELICITAS !

O ærumnosa lætitia !

O turbulenta tranquillitas !

Exitit FELICITER

INFELICIS hujus FELICITATIS FELIX indagatrix,
Matrona Nobilissima, pariter atq;
gravissima,

Omnibusq; virtutum ornamentis con-
spicua,

ANNA BARBARA, nata PRASSELIA,

Viri Prænobilissimi & Amplissimi,

Domini ELIÆ ERNESTI CANNE-

GIESSERI,

Potentissimi Prusorum Regis

Confiliarii Aulici,

Conjux desideratissima.

Hæc:

Hæc,
Dum viveret,
DEUM & virtutem amabat,
Super vitiis triumphabat,
Conjugi fidem datam servabat,
Familiam splendidissimam ampliabat,
Proli curam applicabat,
Omniaq; FELICITER gubernabat,
Adeò ut nullam unquam INFELICITATIS que-
relam suis suppeditaret,
Nisi post mortem,
quam

Anno MDCCIII die XXX Augusti
(Qui FELIX apud Calendariographos audire
solet)

FELICITER subiit,
FELICEM spem in Christi MERITO meritò
reponens, & intelligens,
Nullam profectò solidam esse in Orbe
FELICITATEM ;
Jam equidem
Videor mihi audire tristissima lamenta ,
& INFELICES nœnias ,

Videor

Videor mihi videre propullulantes lacrymas,
& effusos genarum rivos,
sed frustra.

EVECTA est ad summum veræ felicitatis
FASTIGIUM,

Quod nulla lingua ne quidem exprimere
valet,

ERECTA est è squallore (cujus jamdudum
conceperat FASTIDIUM)

& ex INFELICI hujus mundi Scyllâ,

ELECTA est in FELICEM gaudiorum cœlestium
Sociam.

Cùm ergò tam FELICITER præcesserit,
Nostrum erit,

Ut succedamus & insequamur
FELICITER.

Has infelici & invita Minerva concinnatas lineas, ut sympathiam & obsequium suum erga nobilissimam Cannegiesserorum familiam exprimeret, conscripsit Halæ Hermundurorum Ao. MDCCIII. d. II. Sept.

Augustus Fridericus de Jobn,
Nobilis Holsatus.